



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Enarrationes Novae D. Martini Lutheri in Ionam  
Prophetam**

**Jonas, Justus**

**Haganoæ**

Ego autem in uoce laudis immolabo tibi.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-36521**

uari et iustificari. Qui nunc confidunt in uanitate,  
eos frustra confidere dicit Ionas. Nam ipsorum fi-  
ducia et gloriatio in operibus, tam nihil est, quam  
ipsorum opera et illa uanitas in qua confidunt. His  
uerbis in primis Ionas perstringit populum Israel,  
qui sic gloriabatur in lege, et operibus legis con-  
dens, ut non tantum derelinquerent Euangelium, mi-  
sericordiam et gratiam in eo promissam, sed etiam  
hoc acerrime persequebantur, cum tamen illam mi-  
sericordiam suam, agnoscere debebant, quibus pra-  
eteris erat promissa.

Ego autem in uoce laudis im-  
molabo tibi.

Hic iterum perstringit Iudeos cum suis sacri-  
cisis et operibus, quasi diceret cum Psalm. 45. Ipsi  
offerunt tauros et hircos, quasi Deus delectetur  
his, et quasi nunc placeant Deo. Ego autem scio sa-  
crificium laudis uere gratuū sacrificium esse, ut lau-  
detur, praedictetur eius misericordia, nobis indignis  
exhibita, ut Ionas hic dicit. Sectatores autem ope-  
rum legis econtra potius a Deo uolunt laudari et  
praedicari, quasi suis operibus Deo gratum officiū  
praefitterint, et benemeriti sint de Deo. Hanc autē  
cognitionem bonitatis et gratuitae misericordie,  
quanquam Ionas etiam ante habuit, tamē in illa ten-

IN · IONAM

tatione longè euasit eruditior & doctior, in uera  
schola crucis. Nunc enim non mediocri experiētia  
cognouit Deū non respicere opera, personas, neq;  
merita, qui gratis miseris peccatores è medio infer  
ni reuocat & eripit. Paulò ante Ionas etiam labora  
bat hoc Iudaico affectu, quasi apud Deū esset neg  
otioꝝ λατ̄iæ, quasi respiceret opera in primis po  
puli Israel. Quanquam ne nunc quidem perfecte il  
lum affectum exuit. Quid autē dicit, Vota mea sol  
uam, non est intelligendum quasi Ionas aliquid no  
uerit. Adhac non meminit inter reliquas cogitati  
ones quas habuit in ceto, ullius uoti, sed tantum sua  
orationis. Ideo oportet et nos assuefieri scripturæ:  
nam ubi prophetæ in generali de uotis, & soluen  
dis uotis loquuntur, et non exprimitur in specie ali  
quod peculiare uotum, ibi intelligendum est de lau  
de, quod uotum est perpetuum omnium eorum qui  
populus Dei sunt. In tali laude uere uouemus nos  
non habituros alium Dēum, quam illum solum ex  
unum. Ideo soluere hoc uotum nihil aliud est, quam  
confiteri, laudare & prædicare, & sic uero et sum  
mo cultu uenerari Deum, ut Psal. 49. Immola Deo  
sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Itē,  
Vota mea reddam Domino corā omni populo. Sic  
Ionas etiā uult uota soluere, id est, laudare & præ  
dicare Dominum, ut i suum unicū & uerum Deū,  
ideo quid adiutu⁹ sit.